



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De anima mulieris, quæ non est ex anima viri quia animæ non sunt ex  
traduce. H

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Subsistunt ut sint: sed quod illas administrat ut vol. *Ibid.*  
uerit, quas ut voluit condidit. Omnia ergo quae *inferius.*  
ad gratiam significandam non naturali motu re-  
rum, sed mirabiliter facta sunt; absconditæ causæ  
in Deo fuerunt: quorum unum erat, quod mulier  
facta est de latere viri dormientis. Non habuit pri-  
ma rerum conditio ut fœmina sic fieret, sed ut fie-  
ri posset: ne contra causas quas Deus voluntariè *Ibid. fere*  
instituit, mutabili voluntate aliquid facere puta. *continet.*  
retur.

De anima mulieris, quod non est ex anima viri, ut quidam  
putauerunt, dicentes animas esse ex traduce. H

Quemadmodum mulieris corpus de viri cor-  
pore traductum fuit, ita putauerunt aliqui ipsius  
animam de viri anima propagatam: & omnes ani-  
mas præter primam, de traduce esse, sicut corpo- *Aug. lib. de*  
ra. Alii autem putauerunt simul omnes animas ab *Gen. ad li-*  
initio creatas; Catholica autem Ecclesia nec simul, *terā. 10. c. I.*  
extraduce factas esse animas docet, sed in corpo- *ad princip.*  
rib. per coitum seminatis atque formatis infundi:  
& infundendo creari. Vnde in Ecclesiasticis dog-  
matib⁹, Animas hominum non esse ab initio inter *Aug. de Ec-*  
creaturas intellectuales natas, nec simul creatas, *cles. dogma*  
sicut Origenes singit, dicimus: neque in corporibus *tib. in prin.*  
per coitum seminari, sicut Luciferiani & Cyrillus, &c *cap. 14. 10. 3*  
quidam Latinorum praesumptores affirmant. Sed di-  
cim⁹ corpus tantum per coniugii copulam semi-  
nari: Creationē vero animæ solū creatorē nosse,  
eiusque iudicio corpus coagulari in vulva, & cōpin-  
gi atque formari: ac formatō iam corpore animam  
creari atque infundi, ut viuat in utero homo ex ani-  
ma cōstans & corpore, & egrediatur viuus ex utero  
plen⁹ humana substātia. Hier. etiam anathematis *Hiero. ad*  
vinculo illos cōdemnat, qui animas ex traduce di *versum. 15.*  
cūt: inducēs auctoritatē Prophete. Qui finxit sigil. *psal. 32.*  
latim corda eorum. Hoc satis, inquit, innuit Pro-

Aa 2 pheta,

ta, quod non ipsam animam de anima facit Deus,  
sed sigillatim animas de nihilo creat.

DE PRIMO HOMINIS STATU AN-  
TE PECCATUM, SCILICET, QUALIS FUERIT SECUNDUM COR-  
PUS, & SECUNDUM ANIMAM.

DISTINCT. XIX.

*De hominis  
duratione  
& conserua-  
zione quan-  
tum ad im-  
mortalitatē.*

Solent quæri plura de primo hominis statu ante peccatum, sc. qualis fuerit homo priusquam peccatum, & in corpore & anima: mortalis an immortalis, passibilis an impassibilis: De termino immortalitatē, rioris vite, & transitu ad superiorem: de modo propagationis filiorum, & alia multa, quæ non utiliter sciuntur, licet aliquando curiositate querantur. At priusquam ad animi qualitatem pertinentia prosequamur, de qualitate eius secundum corpus, & modo propagationis filiorum, & de aliis quibusdam inspiciamus. Primus ergo homo secundum naturam corporis terreti, & immortalis fuit quodammodo, quia potuit non mori. In illo namque primo statu habuit posse mori, & posse non mori. Et haec fuit. i. humani corporis immortalitas, scilicet, posse non mori. In secundo vero statu post peccatum habuit posse mori, & non posse non mori: quia in hoc statu moriendi est necessitas. In tertio statu habebit posse non mori, & non posse mori, quia ad illum statum pertinet moriendi impossibilitas: quod ex gratia erit, non ex natura. In primo statu fuit corpus hominis animale. i. egens alienis ciborum. Vnde & homo factus dicitur in animam viuentem, non spiritualē, i. in anima corpus sensibilem, qd adhuc erat animale, non spirituale, qd egebat cibis ut per animam viueret. Factus est ergo in animam viuentem, i. vitam corpori dantem: tamen per sustentamenta ciborum: & tunc erat corpus mortale & immortale, qd poterat mori, & poterat